

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam etymologiam restituta

Luther, Martin

Helmstadii, 1663

Nomina in "HART" sunt Germanica

[urn:nbn:de:bsz:31-67714](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67714)

Burckardus, *Burgrat* / consul arcis, civitatis. Civitates enim *Burg* dictæ sunt; Et cives, *Burgenses*, & adhuc hodie *Bürger*.

Eberhard / rectius *OberRaht* / supremus consul, proconsul.

Ricardus, *Ricardus*, *Reichrät* / *Ricrat* / vel à divitiis, quasi dives consilii: vel verius *Refrat* / consul inter Gigantes, nobiles, Heroës. *Reffe* enim significat proceros, magnos, Heroicos, fortes viros, Gigantes. Hunc hodie videntur appellare *Kriegsraht*.

Oldradus, hoc per se patet, esse *Altrat* / seu Saxonice *Oltrrat* / Senior, senator vel *Senatus*, & dicitur fortè, contra juveniles Senatores, qui imperitiâ & stultitiâ suâ evertunt *Respubl.* Alioquin hodie dicuntur *Altrat* / *Newrat* / qui per annuas vices succedunt in magistratu.

Eckhardus, *Eckart* / sed meâ imaginatione *Hegerat* / ab *Hegen* / ut suprâ, servans, custodiens prudenter & consultè. Et ille *Odoacer*, ab Italis dictus, est *Hettheger*. Quia *Ost* seu *Od* ut diximus, est *Hatto*, *Hetto*. Sic *Hettheger* est pater custodiens, servans, tuens. Hinc *Est* / *Wolffs Est* / rectius *Hege* / *Hegio*: *Hülffshege* / custodia salutis, salus custodia. Vel si à fortunâ *Rat* dici voles, erit *Hege Rat* / servans parta, quia *Rat* & *Unrat* Germanicè dicitur, quando res bene & male curantur, quasi per hoc bene vel male rei familiari consulatur. Sed prior Etymologia melior est.

Marquardus, crasse nimis, pro *Margrat* seu *Mardrat* / consul provinciæ. *Mard* significat limites: ergo certæ regioni limitibus suis deputatæ hic *Margratus* præest.

NOMINA IN HÆC

sunt Germanica.

S Art significat Robur, *Fest* / *Starck*.

Boldrat

Volkrat robur, columen, sustentator populi, Demosthenes.

Leenhart robur Leoninum, viriliter agens & impavide. Sic dictus est *LEO* Dux Hinricus Brunsvvicensis, &c.

Vernhart / robur Ursi.

Ehrhart / robur honoris, seu honestum robur, qui viriliter honesta tuetur.

Degenhart / robur virtutis, scilicet, qui constans & firmus est in virtute, nec flectitur, nec corrumpitur. **Degen** enim est à *Dügen* / valere, validum esse, ut Saxonice dicitur: *He dede my alle Ehre unde Dügent* / id est, omni genere virtutis & officiorum me affecit. Inde enim *Dugent* y *Græco* (*tugent* alias) virtutes. Et est illud *καθηκον*, quod Cicero officium vocat Latine.

Reihart / fortè **Rugenhart** / pacis robur, vel **Regenhart**.

Gotthart / robur DEI, Gabriel. Nisi hoc velis ab *Art* ducere, quod est ingenium seu natura. Ut **Gotthart** / sit **Gutttart** / bono ingenio, **Guter Natur** / **Fromb** / **Agathus**, **Agatha**. Sicut & **Reinart** possit dici, puro & pudico ingenio, catharus, catharina. **Hort** substantive dicitur ab *hart* adjectivo, firmitas. Sic Deum appellamus, *unser Hort* / ubi Hebraei *Petram* eam vocant. Inde **Horrig** / bonæ & firmæ valetudinis, sanus, vegetus.

RELIQVA QVÆDAM.

T*ortila* supra dictum est, esse *Dösel* sive *Dehel* / à voce *Död* / per diphthongum, *æ*. Sic enim Franci dicunt, *Mein Död*. *Död* autem vel *Deud* est nomen DEI, ut supra. Ergo *Tortila* est *Dodla* / *Dösel* / quasi parvus DEUS, vel *Deunculus*, *Gottlin* / mutata *st* in duplex *ß* vel *z*: seu Hebraicum *Thau*. Debeat enim esse *Göttlin* / seu *minores*

C

Dij